

EXPOSITIO SYMBOLI RVFINI AQVILEGIEN. EPI. XLI.

nouit: & os stultorum pronunciat malū. Vir animosus parat rixas: & imundus est apud deū oīs q̄ exaltat cor suū. Manui manus iherēs iniuste: nō erit impunitus. Qui diligit vitā: perit ori suo. Ante contritionem praecedit contumelia. Et ante ruīnam mala cogitatio. Qui affirmat oculos suos: cogitat peruersa: & prouocat labijs suis omnia mala. Labia stulta ducūt eum in mala. Et os audax mortem inuocat. Malignus vir multa detrimenta patietur. Melior est pauper iustus: quā mendax diues. Gloria est viro qui auertit se a maledictis: qui autem stultus est: talibus se obligat. Noli amare detrahēre: ne eradicēris. Suauis est homini panis mendacij: postea implebitur os eius us calculo: qui operatur thesauros: Lingua mendacis vana sectatur: & veniet in laqueos mortis. In aure stulti noli quicq̄ dicere: ne forte irrideant sapiētes sermones tuos. Claua & gladius & sagitta perniciosa sunt. Sic & vir qui contra amicum suum falsum dicit testimoniū. Sicut aues auolant & passerēs: ita maledictum vanum non superueniet illi. Noli respondere imprudētū ad imprudentiam eius: ne similis ei fias. Sed responde stulto ad stulticiam eius: ne sibi sapiens esse videatur. Qui insidiatur amicis suis: cum visus fuerit dicit: quia ludens feci. Craticula carbonibus & ligna igni: & vir maledictus ad tumultum rixae. Si te rogauerit inimicus tuus parcens voce magna ne consentias eis: septem nequitiae sunt in anima eius. Grauis est lapis: & vix portabilis arena: sed ira stulti grauior vtroq̄. Crudelis est indignatio & acuta ira & celus impatiens est. Impius calūniatur pauperes: & qui confidit in cordis auaritia stultissimus est. Totam iram suam profert insipiens: sapiens dispensat in partes. Filius malus gladios dentes habet & cultros molas: vt consumat infirmos ex terra: & pauperes ex hominibus. His ergo doctus exemplis nolui mordere mordentem: nec vicem talionis implodere maluiq̄: insaniam excātare furbundi: & vniū libri antidotum venenato pectori infodere. Sed vereor ne nihil proficiens: illud Dauidicum cātare compellar: & his me sermonibus consolari. Alienati sunt peccatores a vulua: errauerunt ab vtero. Locuti sunt falsa: furor illis secūdū similitudinem serpentis: sicut aspīdis furdā & obturātis aures suas: quā nō audiat vocem incantātis sapienter. Deus conteret dentes eorum: in ore ipsum molas leonum confringet deus. Ad nihilum deueni etiam tanq̄ aqua decurrens. Intēdit arcum suum donec infirmetur. Sicut cara quā fluūt auferentur: super cecidit ignis: & non viderunt solem. Et iterum: Latabitur iustus cum viderit vindictam impiorum: manus suas lauat in sanguine peccatoris. Et dicit homo: si vtiq̄ ē fructus iusto: vtiq̄ est deus iudicans eos in terra. In extrema epistola scribis manu tua: Opto te pacem diligere: ad quod breuiter respondebo. Si pacem desideras: arma depone. Blandienti possum acquiescere: non timeo cōminantē: sit inter nos vna fides: & ilico pax sequetur.

Expositio Symboli Ruffini Aquilegiensis presbyteri ad Laurentium papam. In qua singulos articulos fidei noui ac veteris testamenti auctoritatibus confirmat: & haereses contrarias destruit.

EPISTOLA XLI.

Mhi quidem fidelissime papa Laurenti ad scribendum animus non est tam cupidus: q̄ nec idoneus: scienti non esse absq̄ periculo multorum iudicij ingenium tenue & ex se cōmittere. Sed quoniam (vt cum venia tui dixerim) id temere in epistola tua per Christi me sacramenta quae a nobis maxima cum reuerentia suscipiuntur astringis: vt aliquid tibi de fide secūdum Symboli traditionem rationemq̄ componam: q̄uis supra vires nostras sit pondus praeccepti. Non enim me latet sententia sapientū: quae probe admodum dicit: quia de deo & vera dicere periculosum est) tamen si expetitionis a te impositae necessitatem orationibus iuues: dicere aliqua obedientiae magis reuerentia q̄ ingenij presumptione tētabimus: quae quidem non tam perfectorum exercitijs digna videantur: q̄ quae ad paruulorum in Christo & incipientium liberentur auditum. Equidē comperi nonnullos illustrium tractatorū aliqua de his pie & breuiter edidisse. Photinum vero haeticum scio eatenus scripsisse: non vt rationē dictorum auditibus explanaret: sed vt simpliciter fideliterq̄ dicta ad argumentum sui dogmatis traheret: cum in his verbis sancti spiritus prouiderit nil ambiguum: nil obscurum: nil a reliquis dissonans videri: quia in his vere completur propheta quae dicit: Verbum enim consumās & breuians iniquitatem: quia verbum breuiatum facit dominus super terram. Nos ergo simplici citatē suā vel ab his apostolicis reddere & signare tētabimus: vel quae omīssa videntur a prioribus adimplere. Sed vt manifestius fiat argumētū vbi huius vt diximus breuiati: causam qua haec traditio ecclesijs data est ab origine reperemus. Tradūt maiores nostri q̄ post ascensionē domini cū per aduentū spūs sancti supra singulos quosq̄ apostolos igneā linguā sedissent: vt loquelis diuersis varijsq̄ loq̄reni: per quod eis nulla gēs extranea: nulla linguā barbaries iacessā videret & inuisa: praecceptū eis a dño datū hoc ad praedicandū dei verbū ad singulas quēq̄ proficisci na-